



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

non restat, sed merito relinquuntur. Impiam igitur morositate taxat, cui omne Dei cōsiliū omnistratio docendi displicet. Ribera noster in Ose. 14. n. 25. Huc adfert illa verba Prophetæ, *Quis sapiens & intelligit ista? intelligens & sciet hæc? quia recta via Domini & iusti ambulabunt in eis. prauaricatores vero corrueunt in eis.*

QVÆSTIO II.

An saltationes probet?

§. 1. Saltationes sunt duplices, quædam piæ & sanctæ ad indicand. in Domino lætitiâ. Quales erat, Dauidis 2. Reg. 6. forsan & Mariæ Exod. 15. & l. 1. Regum 18. vbi nulla lasciuiâ, nulla ad eam irritatio.

Aliæ impiæ & lasciuæ, detestabiles, cum viri cum fœminis fracto corporum motu libidinosisque cantationibus choreas ducunt: quas Ecclesiâ Dei Spiritu damnauit.

VERSUS 18.

Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens: & dicunt, demonium habet.

QVÆSTIO I.

Cur demonium habere dicant?

§. 1. Syrus vertit: *demonium est illi.* Atque hoc eos dixisse puto, non obsessum quidem à demone, à quo vexaretur, more aliorum energumencorum, sed habere spiritum *πεφιδεσθαι*, à quo occulte sustentaretur. Quædam exemplaria apud Erasimum habent *ὁτι πνευμα ἐστίν, quia spiritus est*; Quidam à demone obsessi, vel nullis cibis, vel obscenis vescuntur: hinc originem calumniæ Pharisei traxerunt. Hac de re multa & curiosa exempla inedia portentosæ passim narrari solent.

§. 2. Apparet quam oporteat serio & constantè seruum Dei famam tueri, id enim ad gloriam Dei & animarum salutem perquam vile est. Denique quantum illi vero aberrant, qui communi & vulgari cibo vsu Ioannem imaginantur, quos contra c. 3. disputavi, nisi enim admiranda ieiunij seueritas fuisset, nequaquam demonum auxilio homines improbi id tribuissent.

§. 3. D. August. lib. 17. c. 31. contra Faustum Manichæum ostendit, cibos quosdam non esse immundos, ideoque contaminare homines, nec ideo ieiunare nos, quod eos immundos ducamus. Verba eius sunt. *Dico enim & tu Christum sic docuisse ciborum indifferentiâ, ut à suis quidem discipulis omnes carnes penitus remoueret: secularibus vero vulgo concederet omnia, quæ possent edî atque assueraret quod eos nihil in os intrans pollueret, quia quæ de ore impudenter procedunt, ea sola sunt, quæ polluant hominem. Hæc verba tua sunt, tanto impudentiore, quanto apertiore mendacio de prompta, & expressâ. Primo quia secundum Christi sententiâ si ea sola polluant hominem, quæ mala ex ore procedunt, Cur & discipulos Christi non ea sola polluerunt, ut eos tanquam ab immundo carnis esset necesse prohiberi? An seculares homines non polluantur, his quæ in os intrant, sed his quæ ex ore exeunt? Ergo munitiores sunt aduersus immunditiam, quam sancti, si sanctos & ea quæ intrant, & ea quæ exeunt possunt inquinare. Vellem autem isti mihi dicerent, quid manducabat & bibebat Christus, qui in comparatione Ioannis non manducans neque bibens, se dixit manducantem & bibentem, cum enim argueret peruersitatem hominum vtriusq. calumnias inquirentium, Venit, inquit, Ioannes non*

manducans, neque bibens, & dicunt, demonium habet: venit filius hominis, manducans & bibens, & dicunt &c.

VERSUS 19.

Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis.

QVÆSTIO I.

Cur Christo calumniam impigerunt?

§. 1. Coniuitia non modò Phariseorum, sed etiam publicanorum adibat, hoc contra legem esse iudicabant, cum autem veram causam ignorarent, aut ignorare se simularent cupiditate vini, & cupiditatem, cum vellet transgressorem legis iudicabant. Magna enim ratio videtur; cur adit potentiorum limina, interestque epulis, nisi quia vorax est & potator: quasi vero nullam ob causam aliam, nisi ventris ingluuiem vel inlitui vel iniuri conuiuia possint. Tanto autem indignior erat calumnia, quanto Christi innocentia conspectior, ut qui nullo vnquam loco leges temperantiæ transierit. *φάγος* vocant; voracem edacum. Erasimus comedonem appellat, quod infame verbum est, non modo dedecore voracitatis, sed etiam prodigalitatis, ita eum veteres appellabant, qui bona sua comesset, ut loquuntur. *φάγος* autem, qui immodice cibus vteretur. Vnde & *φάγος* appellat morbum cum insatiabiliter esca appeteret. Erant apud Athenienses festa, quæ *φάγος* dicebantur, voracitatis certamine quodam infamia. Eiusmodi igitur conuiuium Christum describebant. Syrum vocabulum hoc loco infame non est *ἔχθρα* Echula, edens, sed in malam partem Pharisei accipiunt.

QVÆSTIO II.

Quomodo iustificata sapientia à filiis suis?

§. 1. Syrus habet, *à seruis suis, sed eodem recidit, indicat enim sapientiâ à cultoribus suis esse iustificatam; quis vero sensus sit admodum anceps fecerunt interpretationes auctorum. Prima interpretatio: Sapientia est Christus, Dei filius. Secunda; Sapientia est diuina prouidentia. Tertia sapientia est astutia mundana. Atque hæc de sapientia veritatis. Qui filij sapientiæ, etiam controuertunt.*

Primo filios aiunt Christum & Ioannem. Secundo; Iudæos contumaces & incredulos. Tertio Iudæos conuersos & fideles. Quarto filios generationis istius. Iustificati enim sapientiæ sic interpretantur. Iustificata, id est, laudata, à calumnijs purgata, cognita. Ex his *συζηται* & combinationes multiplices oriuntur, totidemque sensus.

Sensus Primus. Sapientia Dei, Christus Iesus, ab eodem Christo Iesu & Ioanne laudata, defensa, cognita est. Ut inexcusabilis sit, si quis agnoscere nolit, nefarius, si quis calumniatur.

Sensus Secundus. Diuina prouidentia in salute Iudæorum ab omni accusatione libera est; à me & Ioanne filijs sapientiæ, ut qui penitentiam & austeritatis, & deinde humanitatis exempla dedimus; ut qui la-

QVÆSTIO I.

Cur exitum denunciaret civitatibus?

§. 1. Tres erant ad lacum vrbes Corozain, & Bethsaida, inter quas magnum emporium Capharnaum, cuius istæ duæ quasi suburbia censentur. Vrbes plenæ diuitiis, & quod diuitiarum copiam sequi amat, plenissimæ vitii; quas è terra vberi, lacu pilco, negociatione hauriebât. Speciatim ingratiudinem & pernicitiam qua Spiritui sancto restiterunt inculcat; cum tot miracula vidissent, conciones audissent, non crediderunt, nec penitentiam egerunt.

Caluinus lib. 3. inst. cap. 24. v. 15. ita causam obdurationis in Deum refert, & negat potuisse conuerti, vt ciuitates excusare velle videatur: de quo postea agetur.

QVÆSTIO II.

An fieri possint quæ non facta?

§. 1. Probat hoc Bellarm. l. 2. c. 17. de amissione gratiæ & statu peccati. Porro cognosci posse à Deo non solum illa, quæ futura sunt absolute, sed etiam ea, quæ essent, si tales, vel tales causæ ponerentur, licet reipsa nunquam futura sint, perspicuum est ex diuinis literis. Nam 1. Reg. 23. interrogatus Dominus à Dauid, an si ipse maneret in vrbe Cestlam, proderetur à ciuibus illius vrbs in manus Saulis: Respondit: Tradent. Sciebat ergo Deus futurum, vt Dauid proderetur, si maneret in Cestlam, & tamen quia non mansit, non fuit proditus. & absolute non erat futurum, vt proderetur. Et Matth. 11. Dominus ait, si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, olim in cinere, & cilicio penitentiam egissent. Sciebat igitur Dominus, fore vt Tyri, & Sidonij conuerterentur ad penitentiam, si miracula illis ostendisset, quæ Bethsaida fecerat, quod tamen absolute futurum non erat.

Potuit sane Deus alia quæ non fecit, aut hæc quæ fecit, alio modo facere, ideoque scire quid facere potuerit.

§. 2. Caluinus hoc loco id negat effici. Cæterum, & inquit, ne quis spinosus de arcans Dei iudiciis quæstionem moueat, tenendum est ad communem humanæ mentis captum accommodari hunc Domini sermonem. Comparans ciues Bethsaida, & eorum vicinos cum Tyriis & Sidoniis non disputat, quid præuiderit Deus futurum de eis vel illis, sed quid facturi fuerint alteri, quatenus ex re ipsa percipi poterat. Nam quod tam corrupti erant illarum vrbiu[m] mores ac tam effrenis dissolutio, ignorantia imputari poterat: quod nulla illis vox Dei audiebatur, nec miracula fiebant quibus admoniti respicerent: in vrbiibus autem Galilææ quas Christus obiturgat, plus quam ferrea fuerat contumacia in spernendis miraculis, quorum ingentem copiam viderant sine vlllo profectu. In summa, non alio tendunt verba Christi quam malitia & insanabili Dei contemptu Tyrum & Sidonem superari à Corozain & Bethsaida.]

Ostendit Christus quidem maiorem esse Iudæorum quam Tyriorum contumaciam, at non simpliciter, sed ex effectu, quod illi si ea monita, gratiamque habuissent, penitentiam egissent, quod Iudæi non fecerunt. Hoc non pronunciat, nisi iam id præuidisset futurum, nec id à communi sensu hominum, sed à canâ Dei scientia definit. Hominum enim opinio plane contraria fuit: Tyrios & Sidonios esse caues, se iustos. Equidem memini Philosophos aliquando Aristotelis autoritatem ita eludere, vt dicant eum non ex sua, sed veterum sententia locutum, at nostri Sectarii magna impietate cum

mentauimus, & non planxistis, cecinimus & non saltastis, Hoc est, ostendistis contumaciam vestram, aduersus omnia remedia inuictam esse. In vobis igitur, non in Deo exitus v. l. tui causa residet.

Tertius Sensus: Mundana sapientia à me, & Ioanne filio sapientia iustificata est, qui sensus est deus: non enim Christus & Ioannes filii sunt sapientia mundana.

Quartus Sensus: Iudæi filii sapientia, hoc est, Christi & Ioannis, vel diuinæ providentia, hanc sapientiam iustificauerunt. Itaque triplex hic sensus includitur. Nam filii dici possunt, veluti discipuli, & deinde iustis factis, & v. r. b. i. iustificæ sapientiam, siue illi boni, siue mali sint. Hicigitur alii, Quintus scilicet, & sextus Sensus coniunguntur. Quibus si addas tres explicationes verbi, iustificata est, iterum ternas expositiones inuenies.

S. August. l. 2. quæst. 11. legit. ab omnibus filiis suis. Hieron. auctor est in quibusdam legi, iustificata est sapientia ab operibus suis.

§. 2. Nullum mihi dubium est, quin sapientia hoc loco vocetur Dei providentia: Lucas enim paraphrasi alia exposuit. Omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, &c.

Postea cum subiungit, ab omnibus filiis, satis indicat, non Christum & Ioannem vocari filios sapientia, sed eorum fideles discipulos, qui consilium Dei non spreuerunt.

Hinc etiam apparet, male vertisse Lutherum; Und die Weißheit muß sich rechtfertigen lassen von ihren Kindern: Quod proprie est, iudicari, & ita interpretari solent: Quasi de ipsa sapientia eius discipuli iudicent.

Filii Sapientia sapientes etiam dici solent. Hic optime dicuntur discipuli. Syrach. cap. 4. vers. 12. & Eccl. c. 4. v. 8. Bas. in Plal. 7. Filios vero sapientia eos, qui Dei cognitione formati sunt, iustificata est enim sapientia à filiis suis, inquit.

VERSUS 20. 21. 22. & 23.

Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes eius, quæ non egissent penitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cinere & cinere penitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quam vobis. Et tu Capharnaum nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes, quia si in Sodomis facta fuissent virtutes quæ facta sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem.

DANIEL GIBBS
172
Evangelium
CIV
18